



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Peccatum molliciei diuersimodè considerandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## 424 Missæ celeb. pecca.

*Peccata multa possunt in Missarum celebratione committi.*

**M**issæ celebratio tot potest habere omissionis peccata annexa, quot sunt requisita ad celebrationem Missæ. Et illa quidem, quæ manifesta sunt omnibus: puta quod celebrans sit ieiunus: quod ad sint vestes sacræ necessariæ: quod altare consecratum saltem portatile, quod calix, patena, & alia huiusmodi, transeunda puto.

Tacendum autem non est multorum crimen, valde intolerabile circa immunditiam corporalium & vestium sacrarum, damnatam non solum à canonico iure: extrà de custod. euchar. sed etiam à naturali iure: quum dedeceat immunditia huiusmodi etiam prophanos: & illimet non vterentur sudariolis ita immundis, nec ad mensam.

Scire quoque decet celebrantes, quod tota communio reputatur pro vno actu. Et propterea si particula aliqua hostiæ inter sumendum ablutionem post partem ablutionis assumptam sumitur, à ieiuno sumitur: quia mensæ reliquiæ cum mensa computantur: vt latius disseruimus in nostro primo quotlibeto. Si contingat quoque inaduertenter aliquid omitti ex necessariis ad celebrationem, non est iudicandum mortale: quoniã formaliter & per se non est ommissio voluntaria, nisi fortè inaduertentia sit adeò culpabilis, vt redeat ommissio in naturam sui criminis.

*Peccatum molliciei diuersimodè considerandum.*

**M**ollicies triplex est, & semper mala. Pro quanto namque est defectus oppositus perseverantiæ (quo scilicet homo adeò est deditus delectationibus, vt non solum à contristantibus sed à tollentibus delectationem



## Mona. & Monia. pecc. 425

lectationē abducatur, vt viam virtutis deserat) manifeste peccatum est, quum sit cōtra rectam rationem.

Potest autem esse mortale & veniale iuxta materiam. Nā si quis ita est mollis animo, vt cedat omitendo necessaria ad salutem, aut incurrendo contraria saluti peccat mortaliter. Si autem nihil committit aut omittit contra salutem, sed prater illam, peccat venialiter.

Pro quanto vero mollities est vitium infirmum contra naturam (scilicet solius pollutionis voluntaria) peccatum est mortale: vt patet. Et similiter pro quanto est crimen contra naturam quo mas patitur vt mulier (vt glossa interlinearis exponit. i. ad Corint. vi. vbi molles excluduntur à regno Dei) peccatum est nefandum.

*Monachi & moniales possunt multipliciter offendere & peccare.*

**M**onachorum & monialium peccata propria, ipsi Mex suis, regula, statutis ac consuetudinibus scientes discutant. Circa dotem tamen earum quæ recipiuntur in moniales, vide in verbo, excommunicatio. cap. lxxiii. Circa clausulam illis indictam à iure, si nūquam fuit accepta, & Episcopi sic semper gubernarunt dando eis licentiam exeundi excusantur: quoniam iura non recepta tanto tempore, infirma sunt. Nec sufficit esse scripta & inserta in corpore iuris, & esse rationabilia.

*Peccata mulieris peculiariora multa sunt & diuersa.*

**M**ulieris peculiariora peccata quatenus ad sexum spectant, non egent speciali tractum: quia proportionaliter sunt communia eis & maribus non solum naturalis carnis peccata, sed etiam quæ contra

Dalib.